

Ann. V.

Num. XV.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

BIS IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 10;
ubique extra Italiam Lib. 15; M. 12; Sch. 12; Doll. 3; Rubl. 6; Flor. 7½.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in extremis commentarii paginis
Lib. 0.50 pro unoquoque centimetro quadrato.

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem
ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA

Subnotatio fieri potest:

IN RUSSIA

Apud GEBETHNER ET WOLF

IN ANGLIA

Apud BURNS AND OATES

IN CIVITATIBUS FOEDERATIS
AMERICAE SEPTEMTR.

Apud FRIDERICUM PUSTET

IN GERMANIA

Apud FRIDERICUM PUSTET

IN CANADA

Apud LIBRAIRIE GRANGER FRÈRES

VARSAVIAE POLONORUM

Rakowskie Przedmiescie, 15

LONDON W.

28, Orchard Street.

S. Sedis, Apost et S. Rituum Congr. Typogr.

NEW YORK

52, Barclay Street.

CINCINNATI

436, Main Street.

RATISBONAE in BAVARIA

IN MONTREAL

1699, Rue Notre-Dame.

RERUM INDEX

EDUARDO VII ANGLORUM REGI INDORUM IMPERATORI	Vox Urbis.
NOVA RESPUBLICA CONDITA	P. Rossani.
SUNT LACRIMAE RERUM	A. Bartoli.
CAPRULANA INSULA	M. Belli.
DE « SYMBOLISMO »	Senior.
CAMPANARIAE TURRIS MARCIANAE RUINA	I. Antonelli.
VENETA MONUMENTA ABRASA	Laelius.
GERMINANTUM ET FLORUM DORMITATIONES	M. Lani.
FABULAE SELECTAE FONTANII A IOANNE BAPT. GIRAUD LATINE REDDITAE	Fr. Xav. Reuss.
DE INFANTIBUS ET PUERULIS APUD INDOS AMERICAE	P. Alexis.
DE BALNEIS	H. D. V. Pieralice.
EX AMERICIS. De Americana legatione Romam missa	H. Doswald.
ANNALES	Poplicola.
PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS	Scriba.
AENIGMATA	M. Fusco.

In secunda operculi pagina:

PROSPECTUS NOVAE SUBNOTATIONIS COMM. VOX URBIS A KAL. IULII
AD EXPLETUM ANNUM MCMII.

In tertia operculi pagina:

PER ORBEM Viator.
VARIA: Avium volatus P. d. V.

ROMAE

EX OFFICINA PACIS, PH. CUGGIANI

35, Via della Pace

M CMII

AD MAGIS MAGISQUE

"VOX URBIS,, COMMENTARII PROPAGATIONEM AUGENDAM

NOVA INDICTA EST SUBNOTATIO

A KALENDIS IULII USQUE AD EXPLETUM ANNUM MCMII

(NUM. 'XIII:XXIV).

UT ACCEDERE OMNES POSSINT

SUBNOTATIONIS PRETUM CONSTITUTUM EST:

Libel. **2,50**; Mar. **2**; Sch. **2**; Rubl. **1**; Cor. **2 $\frac{1}{2}$** .

Qui insolita, gratuita paene, huius con-
sociationis ratione frui volunt, nulla inter-
posita mora, *nomen suum cum pretio recto tramite
mittant ad*

ARISTIDEM LEONORI EQUITEM

COMMENTARII "VOX URBIS,, POSSESSOREM ET ADMINISTRATOREM,

ROMAM, via Alessandrina 87.

In Italia:
Lib. 15, M.



EDUARDO V.
INDORU

DUM hic Co
rus per or
Eduardus VII,
Imperator, gra
qui eius vitam
adduxit, civium
sollemni pompa
principis effigie
rando Vocis UR
honoris viro sol
asperi belli in u
pacis triumphis

O utinam per
plurimos videat
eadem via ad h
ipse grassetur!



NOVA RESP

POST iterata bella
tas, saepe qui
Cubanos eives in au
dieam potentiam ad
liberarentur, inter o
Iberi a coloniarum s
bus enim ipse insul
appulit primo in iti
cis post annis Ibero
squez duee, primam
urbem condidere q
Carenas, quae dein
Cristobal de Habana
late civitas aucta es
num occupavit, veru
in desertum insulam
quentem converterit.
gliea respublica a I
regeretur, ob Iberoru
gliea ad Cubam acce
cupavit insulamque on
anno MDCCCLXII, du
imperio occupando ag
bana portu potita est.
saliis pace redditus I

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS:
In Italia: Lib. 10 — Ubique extra italicam:
Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7 1/2.

BIS IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:
ARISTIDES LEONORI, eques.
ROMAE - Via Alessandrina, 87.



EDUARDO VII ANGLORUM REGI INDORUM IMPERATORI

Dum hic Commentarii nostri numerus per orbem diffundetur, Londini Eduardus VII, Anglorum rex, Indorum Imperator, gravissimo morbo sanatus, qui eius vitam necopinato in discrimen adduxit, civium omnium cum gaudio, sollempni pompa diadema accipiet. Cuius principis effigie paginas suas condecorando Vocis URbis mens fuit tributum honoris viro solvere, qui, auctor primus asperi belli in ultima Africa dirimendi, pacis triumphis regni initia consecravit.

O utinam per imperii annos, quos ut plurimos videat ex animo ominamur, eadem via ad humani generis bonum ipse grassetur!



NOVA RESPUBLICA CONDITA

Post iterata bella civilia, post seditiones multas, saepe quinque a saeculis innovata, Cubanos cives in auxilium sibi Americanam nordicam potentiam advocasse ut ab Iberorum ingleserantur, inter omnes constat. Tenuerant eos Iberi a coloniarum suarum usque initio; Columbus enim ipse insulam invenit, atque ad eam appulit primo in itinere anno MCDXCII. Paucis post annis Iberorum cohors, Didaco Velasquez duce, primam ibi coloniam posuit, atque urbem condidere quam dixerunt *Puerto de Carenas*, quae deinceps mutato nomine *San Cristobal de Habana* dicta est. Anno MDI, cum late civitas aucta esset, totius insulae dominium occupavit, verum tanta ferocia ut paene in desertum insulam magnam et civibus frequenter converterit. Anno MDCLX, quum anglica respublica a Richardo Cromwellii filio regeretur, ob Iberorum inimicitiam classis anglica ad Cubam accessit, Habana oppidum occupavit insulamque omnem pessum dedit. Iterum anno MDCLXII, dum bellum de Germanorum imperio occupando agitur, anglica classis Habana portu potita est, qui tamen signata Versaliis pace redditus Iberis fuit. Tenuere itaque

insulam Iberi ad nos usque, sed inquieto semper imperio, idque magis ex quo parta primum anglicis coloniis, mox Iberis qui meridionalem Americam incolebant libertate, incensi sunt et Cubani cives simili desiderio suam terram dominandi. Hoc studium immo excitabant Americani proximi coloni, qui victores denique, ut spoderant reddiderunt tandem Cubanis suam patriam atque libertatem hoc ipso anno, tertio-decimo kalendas Iunias.

Cubanum igitur vexillum in summa arce albis atque ceruleis tenuis insigne, rubroque triangulo, quo in medio argentea stella coruscatur, vento agitat; iamque Thomae Estrada Palma novo electo reipublicae praesidi imperium so-

mercia commutant, Cubanam patriam iam Americano foederi iungendam sentiunt. Num forte Thomea praesidi nec triennalem magistratum complere dabitur? Num stella nova in vexillo foederis praefulget, et Cubanum novum signum decidet iterum, et rerum publicarum novissima, paulo post ortum, ad occasum vertetur? Omina haec infausta diraque disperdat Deus detque saltem ut cives Iberico sanguine orti concordiae exemplum, post acceptam libertatem, suis fratribus exhibeant, qui saepe per Americanam civili bello pessum dantur, utque suae insulae fata optime augeant.

P. ROSSANI.



Eduardus VII Anglorum rex
Indorum Imperator.

lemitter traditum, dum Whiteside, Americanus dux, una cum militibus suis a Sancti Iacobi portu naves condensans proficisciuit.

Natalem novae reipublicae diem nemo forte in Europa, praeter Loubet, Gallorum praesidem, Russica e terra, quo iter fecerat, salutavit; Americani contra summum opus cunctantes demirantur. Cunctantes dico; nam facile auspicium plurimi expromunt, haud diurna ferme fata novae reipublicae videri. Post bellum enim nivissimum insula omnis vastata praelitis in extremam rerum inopiam devenit. Saccari cultus et negotianae foliae, dvitiae insulae potissimae, ubique modo abrasae iacent; una spes, ut lege veetigali perquam miti nordici Americani sibi proximi commerciis suis faveant, quod nisi concessum fuerit, quo pacto vivant, nesciunt. Diarios itaque cives qui cultus curant, qui com-

SUNT LACRIMAE RERUM....

*Mane per insertas dubia cum luce fenestras
oppositi ostentare nives mili culmina tecti
sunt visa excito et late candescere colles.
Res optata diu, ex quo me prope duxit ad Alpes
(nempe ubi secundans lento fuit agmine Cervus)
usus amicitiae studiique explenda cupido,
acre mihi quamquam frigus non linquere lectum,
fallere at incertam tenui caligine lucem
suadet, continuo foribus me exire reclusis,
intactas calcare nives, nivibusque per hortum
aggrestis notos cuiusdam fingere vultus,
ceteraque a pueris memini quae adamare, iubebat.
Surgo, surgentique « Vides, occurrit, ut alta
stet nive... » Tum cerno foculis imponere ligna
targius, et monitam quatuor, Thaliarche, diotam
fundere te annorum; dein te cui conspuit Alpes
Iuppiter arguto ridendum ture poetae.
Tum subit abruptos hiberno sidere montes
saxa per et glacie longum plorata Lycoreis
heu! Gallo, temptans, plantasque offensa nivis
sanguine spargere iter, frustra revocantis anorem
cum fugeret miseri lacrimis non excita ratis.
Talia dum memoro tacitoque per omena sensu
carmina me versant niveos dicentia floccos
Vergilius Flaccusque simul, crassam induo vestem;
paenula ubi vero membris inducta pedesque
soccus habet, caput atque arcens ex pelle galerus
frigora, quea prostant reseratis ipse fenestris
albenti nivis miror lucentia tractu,
nec speciem valeo sensus explorere videndo
insolitam. Late campi collesque supini,
comptaque et plateae cudent et tecta domorum,
quaes circum nigris commixtae nubibus arces
se alpinae ad tollunt, infraque nitescere silvis
spectanti nudis pia tempia videntur Oropae.
Ast alia hic non laeta subit, tristisque triumphis
heu! tantis hiemis me turbat imago beatum,
funeraque et pullos subito traxisse colores
tum mihi, quae tantum candesceret ante, videtur.
Namque decem menses numquam, pater optime,
[nato]
oblitus, mage nostris obversaris ocellis
nescio quo modo nunc, ni forte quod altera ab illa
nix est, qua memini tibi diluvuisse supremum
solem, meque implore feris singulibus aedes.
Sola domus, neque enim fuerat mihi cognita mater,*

quam puer amisi, cuius vix oscula novi
blanditiasque sinus, te deficiente, gemebat.
Ipsa suas, memini, iam Februa senserat illus
ire, gravem doceor tibi quando incessere morbum.
Nec mora, discedo (doctis par nobile Athenis,
musarum hospitium Florentia dulcis alebat);
at quam moesta fuit nox illa, iter illud eunti
quam longum! Mentis celeres quos ignea curris
trahit aeratos volui praevertere motus,
heu! frustra, nam iter adsiduo corruptius imbr
rix dedit ad patrios me posse adcedere vultus
tertia cum iam esset tristis pars acta diei.
Tunc o qui fletus et nato quanta recepto
gaudia, care parens, quantoque libentius aevum
claudere, me riso, aiebas, qui dulcior ipsa
luce tibi essem!... Interea sed pectus anhelum
et vox deficiens, madidique in fronte capilli
errantesque oculi mortem adventare monebant.
Tum patulae extreum collecta luce fenesfrae
dixisti: « Ningit tua dehinc, pater, ora querunt!...
Effigies sed cara manes, noctesque diesque
omnia quae nato dederas praecepta secuntur.
His innixa mihi studiisque operosa iuventa
degitur, et manes reor exsultare sepultos
ipse tuos, quotiens tradat sua laurea Phoebus
quantulacumque mihi, et latii conamina plectri
annua concilient planus laudes Batavum.
O utinam gestire queas, dum talia pango
carmina in optatum certamen! (1) Missa secundet
quod fecere nives omen, nam fulsit ab illis
mane tua, genitor, riraz in imagine cantus!

ALAFRIDUS BARTOLI.

Bugellae, prid. kal Ian. MCMI.

CAPRULANA INSULA.⁽²⁾

Ad monumenta quae exstant transeamus.
Cathedralis aedes, seu primarium urbis templum, quae tres in alas marmoreis columnis sustentatas divisa est, eique proxima saera turris, teretis formae, ex coeto latere, vetustate commendantur. Pristinum aedis structurae genus id probabiliter fuit quod gothicum appellant; sed, quoniam sacra aedes pluries refecta est, res disputatione eget.

Usque ad annum MDCLXXXVI in presbyteri regnari patuit imago ex udo pietatis eiusdem reginae, quam Catharinam Cornaro communis opinio fuisse tradit. Hanc narrant, cum Cypro Venetas rediret, aequore fluetibus exasperato, hue adveetam parumper constitisse. Insper addunt reginam, quam diximus, saerae Caprulensem aedi pia magnique pretii munera, memori hospitii animo, dono dedisse, quorum omnium pulcherrimum, argenteam Palam figuris numerosam ex aere subtiliter politeque caelatis, quae nunc temporis in maiore altari summa religione servatur. Aliquod vitium tamen ex vetustate cepit. Advenae visendi studium mouet θερίζ, idest vas illud marmoreum, quod accepta antiquitus opinio, in nuptiali Galilaeo convivio, aquae a Christo mire in vinum conversae idoneum fuisse, comminiscitur. De eius epigrammate, intellectu difficulti, multa ab eruditis viris, inter quos a doctissimo Bertolinio nostro, disputata sunt.

Apud altare SS. Sacramenti stat tabula pieta, qua « Apostolorum Cena » exprimitur. Eam putant ex « Cena » Tintoretii exscriptam.

(1) Certamen poeticum Hoeufftianum, de quo cfr. huius anni num. VII et XI.

(2) Cf. num. sup.

In templi fronte, super maiore ianua, hoc epigramma insculptum est:

*Ut viciis purges, mentem virtutibus ornes,
Hanc aedas sacram, peccator sedulus aulam.*

Praeter cathedralem ecclesiam, ex iis quae religionem fovent aluntque, maximi momenti est aedicula sacra, ad orientem sita, in extrema lapidum mole (1) quae caprulanum oppidum agrumque marinum fluctibus areet, in qua a remotissima aetate effigies lignea B. M. Virginis ab Angelo nuncupatae, tum ab incolis, tum ab aecolis pie sancteque colitur. Haec sacra aedicula, cui olim S. Michaelis Archangeli (2) nomen fuit, nihil antiqui operis prae se fert, quod nimborum fluctuumque proximi maris vi saepius attrita, nuper instaurata est.

Bottanius meminit etiam de hospitali domo, quae advenis cibo et teeto ad tres dies reficiendis praesto erat, et de Frastrum paenulatormonasterio caprulensis municipii sumptibus, anno MDCLXVI, eretto.

Non est praetermittendum caprulanum oppidum fovea et duplicebus moenibus fuisse circumvallatum, et hortis atque aedibus a patriciis venetiis condecoratum. Ex viciis, iam a saeculo IX, Caprulanam insulam circumstantibus, duorum meminerimus: alterum ad S. Crueis portum prope Liquefiae fluminis ostium, alterum ad Portum Romatinum, qui aeo quoque romano celeber fuit. At nunc quare occidit tanta gloria rerum? Id factum est ingruentium vulgo morborum causa, quibus lacunae paludesque sensim arefactae, pestis, qua venetae regionis incolae, saeculis elapsis, saepe assumpti sunt, eiborum insalubrium eius et aqua minime ad bibendum apta noxiā vim, ingenti incremento, in dies addidere.

Proximis hisce temporibus tot malorum aerumnis medendi cura rei publicae caprulanae moderatores vehementer cepit: nunc effossi aquae salientis putei, paludes in arvorum formam redactae indeque salubre caelum, novae stratae viae, stagnantes rivi arenis obducti, diversoria et culinariae tabernae, omnibus quae ad vitam necessaria sunt, qua par est copia, instructa, comisque incolarum in hospites animus, frequentes ex finitimus oppidis cives, diebus canicularibus, valetudinis causa, hue ad aquas et otium invitant.

Quae rerum meliorum condicio validum impulsorem habuit Raymundum Franchetti, nobilem illum et praedivitem virum, qui ingentes suas opes caprulano agro colendo, domibus rusticis aedificandis pauperumque agrestium hominum inopiae levanda liberaliter impedit.

Superest modo, quoniam ad finem properamus, ut de venatione et pescatione, qui Caprulensem vitae sustentandae uberrimus fructus est, aliquid breviter perstringamus.

Caprulanæ lacunæ et paludes late piseibus et avibus, quas palustres vocant, abundant. Avium venaticarum notiores sunt: « anas torquata » vel « anas boschas » (v. marzorino), « fulica » (v. folaga) et variae scolopae species.

« Anas torquata » est gallinae corpore par, capite plumis variis coloris distinto, rostro lato

(1) Haec lapidum moles, vulgo *diga*, erecta est anno MDCCXXXVIII.

(2) Exstat simulacrum S. Michaelis Archangeli, quod Andreas Dall'Aquila marmore exculpsit anno MDXCV.

et ad fodiendum coenum in aquis apto, canda eirrata. Masculis tamen omnia membra praestantiora pulchriusque colorata. « Fulica » quamquam palmipes non est, habet digitis suis adnexas membranas, easque laxiunculas, quarum opera natando vix alteri, quaeceumque ea est, cedit, quin diutius in aquis, quam vel anas, anser reliquaque aves aquaticae, si aliquot mergos excipias, perseverat; adeo ut raro admodum in terra conspiciatur. (1) Seolopaces, iisque praesertim qui vulgo *beccanoti* appellantur, exquisitissimi avium, non solum nitrata pulvere, sed et retibus capiuntur.

Neque cyeni neque grues caprulanis paludibus adsunt: alaudarum quoque, hiemali tempore, satis est.

E pisibus sufficit meminisse turionem, trutnam, rhombum, cephalum, mulum sive barbonem, triglam, anguillam, etc. Marinis piseandis pisibus Caprulenses, quod navibus et maioribus retibus, ad altum adeundum aequor idoneis, carent, minime assuverunt; id piseationis genus Clodiensibus relinquuntur.

Ex his quae diximus nemo est qui non videat Caprulanam insulam a pristina eaque florentissima rerum condicione, ut nunc est, longe procul abesse. Quare et praeteritorum bonorum memoriam et praesens instaurandae rei publicae proficiendique Caprulensem studium huius Commentarii lectoribus opportunum commendare censuimus. Itaque in huius, qualisunque erit, narratione fine, id tantum lieeat nobis in optatis esse, quod ut voti fiduciam et robur assumat valde adpreciamur: quoniam Caprulana insula adhuc suum rerum scriptorem magis historiae quam fabulis propiore exspectat (Bottanius enim, ut pro tempore, ineleganti oratione usus, cuique fortasse sinceri defuere fontes, quaedam inchoata, pluraque retractanda reliquit), adsit qui, patria caritate impulsus, frondes undique turbine dispersas in unum cogat, nubes disiciat, sieque suam rerum narrationi fidem atque auctoritatem asserat. Id pietatis, id doctrinae laudabile munus erit!

Serib. in Portu Romatino.

MARCUS BELLI.

DE « SYMBOLISMO »,⁽²⁾

II.

Symbola superiore numero diximus interdum fuisse immutata; at in hac immutatione quanta sapientia!, quanta gratia!, quanta auctoritas!, quanta denique maiestas! Communis apud antiquos Christianos illa Boni Pastoris effigies humero portantis ovem, quae devia restiterat, quam ne amitteret, non aginta novem reliefs in monte, anhelus quae situm ivit, ac tandem reperit. Vicerat iter durum pietas; at lassa ovis et aegra pedibus sollicitum pastorem, et redditus, ad quas reliquerat, maturantem passibus non aequabat. Equid ageret pastor amantissimus? Contumaciae et defectionis oblitus, supponit cervicem oneri, et sublatam humero

(1) BOTTANI, *Saggio di storia della città di Caorle*. Venezia, 1811, ex lat. adnot. 6, ad cap. VIII.

(2) Cfr. an. V. n. XIV.

ad ovile miserentis Christus in presserat, filio narrare, narat. Inde stori figur in spem as ab illa mis tione avoca

At unden non agnum graveolente

Altero a dum idololatristianos, ferro, a bellitia misericordia terrore et intidie non quia, eum ad tribunalis raperentur, spiritu, cessoblatadefectionis tia seeleris convoluere e seoperant, aut misericordia ter eos qui t persequentes eiante, tradicpellati sunt, famia, quae seelerarunt. In nitentes benignum rursus i pariter, qui, i reeusaverunt penitus excludit pacis illi Augusto perscella resedertas, et fortar ruinas. Et iusto Petrum, a septuagies se decreverat; reos dicebat horrendo, Terutrum austero fecerit, an ipse sibi sap supremo, vide animum Tertiu iunctis societum Montano, brose, in ponte voce torqueba paternis usus ut a crudeli spienti viro Bolianus immittit lymphatus, ex pontifice qui ad veniam;

(1) MATT. c. XV

ad ovile refert. Suavem hanc παραβολήν, quae miserentis et auxiliantis Dei animum tradit, Christus in Evangelio (1) suavissimis verbis expresserat, et ipsamet, de prodigo et errabundo filio narrans ad expectantem patrem postea revertente, nova auctoritate muniverat et exornarat. Inde passim in catacumbis haec Boni Pastoris figura frequens, quae adeuntes peccatores in spem assequendae misericordiae erigeret, et ab illa miserrimi Iudei Iscariothae desperatione avocaret.

At undenam conversa figura est, et non ovem, non agnum humero Bonus Pastor sustentat, sed graveolentem et cornutum hireum, sed haedum?

Altero a nativitate Christi delabente saeculo dum idololatrae saeviunt ad internectionem in Christianos, cruciatibus ab igne, ab aquis, a ferro, a belluarum rabie quaesitis, atrox discordia miscuit christianorum animos tormentorum terrore et instantis ingruentisque mortis quotidie non mediocriter iam labefactatos. Quippe quia, cum nonnulli in ipso persecutionis aestu ad tribunalia, ad equuleos, ad ardentes rogos raperentur, et ferro, unguis, flagellis urentur, defecerunt animo et, quamvis repugnante spiritu, cessere tamen doloribus, thura idolis oblata dederunt. Domum redeuentes conscientia sceleris coepi sunt premi, et flentes, ubi convaluerent e vulneribus, quae pro Christo suscepserant, affari sacerdotes, precari episcopos ut misericordia in eos uterentur. Erant et inter eos qui territi sacra vasa, librosque sanctos persequentibus iudicibus, tortore ferocius cruciante, tradiderant, qui ideo « tradidores » appellati sunt, nomenque innocens tradentis infamia, quae durat adhuc in italico idiomate, seelerarunt. Fuere episcopi, qui flentes et poenitentes benigne acceperunt, nominaque redeuentium rursus in albo fidelium seriperunt. Fuere pariter, qui, indignantes in huiusmodi periueros, recusaverunt suspicere, et a nomine Christiano penitus excluserunt. Hinc, quo in tempore aliquid pacis illucere videbatur Ecclesiae, nam, Augusto persecutore sublatu, aliquantulum procella resederat, nova haec arsit interior, multas, et fortasse plures exteriore illa datura ruinas. Et iam Montanus, frustra monente Christo Petrum, atque iterante: « non septies, sed septuagies septies » de non danda venia lapsis decreverat; non enim ultra quam semel posse reos dicebat absolvit. Huic blasphemó, casu horrendo, Tertullianus accessit, incertum adhuc utrum austero et immisericordi animo actus hoc fecerit, an iracundia concitus et superbia, qua ipse sibi sapientior pontifice, magistro Fidei supremo, videretur. Forsan ultraque pestes hae animum Tertulliani obtinuerunt. Hic ergo, coniunctis sociatisque, — proh dedecus! — armis cum Montano, acriter, iracunde, fortasse et probrose, in pontificem contumelias et scriptis et voce torquebat... Cumque longanimis pontifex paternis usus monitis deprecaretur, hortaretur ut a crudeli sententia recederet obiiciens sapienti viro Boni Pastoris exemplum, ille Tertullianus immixtus et magis magisque furians, quasi lymphatus, exclamabat falli, despere, decipere pontificem qui lapsos admitteret, amplectetur ad veniam; bonus enim pastor Christus non

hireum, non haedum, sed ovem quaeviserat et reduxerat; et aerius vehementiusque obiurgans et carpens in libro, quem de *Pudicitia* conscripsit, romanum pontificem male mulcabit quod hireos non agnellos quaereret, seque his oneraret. Tunc Ecclesia Tertullianam et Montanianam acerbitatem, asperitatem et pertinaciam perosa, Evangelio, et Christi mansuetudini innixa suaviter maternum gerens animum iussit Boni Pastoris imaginem in posterum ita pingendam ut hireum humero, ut haedum pro pectore reportaret. Quod igitur in hoc simbolo mutatum est, iure et sanctissime factum appareat, neque ex illa imagine arguenda est ignorantia pictoris, sed documentum et magisterium benignissimae caritatis.

Hactenus de symbolis, qui una tantum exposita collatione, vel tabula continentur, ubi unum quoddam constituant sub imagine una contextum. Quid vero de symbolis una congregatis, qui diversi inter se videantur? Legendi sunt, inquam, et ita singuli perserutandi atque interpretandi, ut perspicuum et integrum referant veritatem. Atque huius rei nobile exemplar habemus in gemma, quam exhibemus, et circa dimidium elapsi nuper saeculi repartam Garruecius, ille magnus archeologus, in commentario *La Civiltà Cattolica*



(1) obtulit inspiciendam et gravissimis verbis commendatam II^o post Christum saeculo adscripsit. Quinque sunt circum notae, nempe I. X. Θ. Γ. Δ. Conficitur hisce nomen graecanice sonans, *piscis*. Hoc nomine, hac figura Christus Jesus designabatur, sive quaeviseris ex graeco vocum exordio, nempe Ἰησοῦς Χριστός — quod interpretatum est: « Iesus, Christus Dei Filius Servator », aut ἐπτζυρωμένος, in cruce fixus; — sive ex praecipuis litteris acrostici quod Cicero, Constantino Magno Augusto (2), Eusebio atque Augustino testibus, referebat latine, interpretatus et ipse Eritraeae Sybillae vaticinia (3). Integra igitur gemma Christum redolet, Christum docet, Christum sapit; nam omnia, quot gemma portat, saceris hisce litteris, sanetissimoque illo nomine continentur. Eminent tria signa T; quae iure habentur ex *Apocalypsi* (4) et Ezechiele propheta (5) seu signum aeternae salutis, seu nota, et character Dei, tum ex figura crucis, quam praefuerunt, tum ex traditione ipsa populorum vetustissimorum, nam apud Aegyptios et Indos divinum quoddam et salutare signum hoc,

(1) *Civiltà Cattolica*, Serie III, vol. V, pag. 732 et seqq.
(2) In *Oratione ad Sacrum Senatum*, P. g. R., quae habetur in calce historiae Eusebianaee de Vita Constantini Magni Aug.

(3) Haec sequentibus elucubrationibus, qua poterimus diligenter, suo tempore et loco feremus.

(4) *Apoc.* c. VII.

(5) *Ezech.* c. IX.

nota haec putabatur, ne dicam apud Hebreos, coram quibus Moyses in deserto serpentem aeneum in cruce exaltavit, ut salus esset populo a serpentibus percusso, quos, perfracta lege, in eum Deus ulti immiserat. Ergo iure dices in tribus hisce T Trinitatis mysterium candide designari; sunt enim quidem tres notae, sed aequales, etsi distinctae, neque praestat altera alteri. At singulæ Personæ Augustissimæ quam eleganter et affabre expressæ! Prima quidem littera T anchoram habet in imo; omnis enim lex ante Christum fundabatur in spe Christi venturi; a I^o *Genesis* enim ad Malachiam « Filius Dei ubique inseminatus est in Scripturis ». Adde quod ille Pater, designatione aquarum per pisces binos et anchoram, ostenditur creans omnia, quando scilicet adhuc « terra erat inanis et vacua, et tenebrae erant super faciem abyssi, et Spiritus Dei ferebatur (1) super aquas ». Altera nota T assurgit ab agno, « supra cuius dorsum fabricaverunt erucem peccatores », ut inquit Psalmista. Et quis neget in agno esse Christi figuram, testimonium perhibente Baptista illis vocibus: « Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi! » Quid columba ramus oleum ferens in rostro? Habes Ecclesiam nunciantem pacem, legem gratiae, legem misericordiae, foedus ictum inter Deum et homines Incarnationis mysterio; habes recordationem diluvii in diebus Noe. Anne audax ero si dixero columba illa oleaphora Romanam Ecclesiam egregie indicatam, lapsis iubentem veniam et concedentem, iuxta ea, quae superioribus lineis expressimus? ...

Atqui satis videtur ista praecipere Bonus Pastor gestans haedum humero potius quam agnum, quippe ipsa catuli forma magis refert impatiensem haedum, erectum capite et anhelantem iter, quam agnum remissorem, et mansuetum, et docilem, et acquiescentem voluntati Boni Pastoris; cui, ne quid desit, iuxta pedes pisces apponitur, ut clarius ostendatur qui sit, nempe Iesus Christus Filius Dei σωτήρ, hoc est servator, seu crucifixus. Equid igitur tertia illa littera T assurgens a navi in maria procedente? Spiritum Sanctum indicat, cui reipublicae Christianae administrandae, regendae munus datum tum ex verbis Christi ipsius, euntis ad Patrem, et inde Paraclytum dimissuri in Apostolos, qui « posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei » (2); tum ex ipso Ecclesiae sensu, quae tanto magistro et duce gloriatur, vel ab ipso apostolico tempore, profitente Petro in Hierosolymitano Concilio: « Visum est Spiritui Sancto et nobis » (3).

Animadverte praeterea super primo T sedentem litteram I, quae nomen Dei ineffabile « Iehova » ostendit; super altero T descripsum litteram X, quae est initium nominis Christi, in ipso monogrammate ita sexcenties expressi; denique super tertio T sedentem litteram Δ, quae graece σωτήρ indicat, et latine Spiritum, et Hebraice *Sophet*, hoc est « Sapientiae Spiritum », includit initio. Quae omnia ut probes, ac teneas, ecce apud pastorem litteras Θ et Γ, scilicet « Dei Filius », declar-

(1) Hebreos « fovebat ».

(2) *Act. Apost.* XX, 28;

(3) *Act. Apost.* XV. — Habes etiam in Evangelio παραβολήν, qua regnum caelorum (scil. Ecclesia Christi) simile dicitur navi onerariae portanti a longe divitias.

rantes quis sit ille pastor arripiens iter patrem versus, quia « ex omnibus, quos dedit ei Pater, non perdidit quemquam ».

Hanc igitur leges gemmam libro quovis evidentiorem, praecipua Christianae fidei mysteria mirabiliter includentem.

Hic enim habentur Unitas ac Trinitas Dei, Unitas in « essentia », Trinitas et aequalitas in personis; Deus creator omnium; Christus omnium redemptor; Spiritus Sanctus omnium rector; Incarnatio Christi; Ecclesiae fundamentum in Christo; ergo infallibilitas, immutabilitas; gratiae et misericordiae regnum in remissione peccatorum; aeterna Ecclesiae vita in gentibus et saeculis, « aquas enim, quas vidisti, populi sunt et gentes » (1). Quid splendidius hisce omnibus brevissimo orbe conclusus? En quid symbolismus agat!, en quaer reseret, si bene legatur! Et tamen plura et ibi legenda restarent puleerrima, enucleanda auctoritate Scripturarum Sacrarum!

SENIOR.

CAMPANARIAE TURRIS MARCIANA RUINA.

LUCTUS non Italorum modo sed et liberalium artium et historiae nunciatus est recens atque immanis: campanaria enim turris Sancti Marci Venetiarum in foro pridie idus Iulias magna ruina corruit! Moles collapsa est altitudinis centum passuum et amplius, eminens in illa urbe humanitatis omnis domicilio, quae tamquam pharum patriae lueulentissimum eam super regnata maria a longe micabat. Angelus erat in fastigio aureus, quem summo animi desiderio conspiciebant nautae militesque, Crucis legiones salutabant reduces ab Orientis triumphis, reduces a proeliis pro Christi nomine, pro Marci gloria in barbaros susceptis. Quot a saeculis iamdiu supremis e fenestris vexillum purpureum leone Marciano signatum pependit? Quot glorias viderant a summa turri Venetiarum duees, magistratus, advenae omnes, qui frequentissimi illuc usque ascendebant? Marinum tamquam miraculum innatabat in civitate illa oceani regina, atque sponsa pulcherrima sua vissima visu!

Nec una tamen turris ruina; nam licet dum aedes et Marei templum vix ab exitio crudelissimo effugerunt, aedes regiae atque nummaria quondam reipublicae domus, quae circum proxima erant lectissimo adspectu monumenta, magnum detrimentum et ipsa passa sunt; maximum autem retulit peristylum illud venustissimum atque marmoribus signisque ditissimum, quod Sansovinus artifex ad pedes turris extinxerat, ut locus esset optimatum coetui: peristylum immanni mole lapidum confactum est omnino atque prostratum, eiusque super lectissima artium liberalium monumenta Veneti cives omnes fletu inenarrabili dolent.

Sane quidem: vis enim auri atque argenti nulla est, quae tantos thesauros reddere queat; numquam integros habebimus. Sed tamen eorum saltem simulaero carere Itali nos diutius haud posse videmur! Monumenta oh utinam e solo rursus existentur, iterum mirabile illud

(1) *Apoc.*, XVII, 15.

Marcianum forum adspectum resummat vetustissimum, singulare, quo cives peregrinique tot saeculis delectati sunt. Sublimis praecipue Venetum solum turris revisat angelusque eius libratis alis pendeat et lacunas omneque superum mare tutetur!

Eequid dubii? Tanta enim fuit quatuordecim a saeculis illie cumulta gloria, ut post Romanam amplitudinem et potentiam nulla umquam civitas maiorem obtinuerit. Mox vero, recentissimo tempore, post ignominiosam illam Napoleonis prodictionem, qua Germanis fuerat respublica Sancti Marci vetustissima tradita in imperium, supremum veteris virtutis fulgorem atque purissimum turris viderat, cum, pulsis dominantibus, obsidionem illam teterrimam cives sustinuerent Daniele Manin due, cuius nomine series summorum magistratum digne expleta est. Italorum denique fatis reddita urbe, eam optimo consilio quasi proprium artium liberalium domicilium posuerunt, quod et circum erecta miracula aedium et maris suavis adspectus et iueunda temperies suaserat aptissime. Itaque eum ad ferias artium Venetas, tamquam ad suas proprias, undique artifices ex orbe convenienter ut divina illa quiete recrearentur tot inter opera Vecellii, Pauli Veronensis, tot inter domus aureas atque tempora magnifica, omnibus signum erat a longe Marciana turris, cuius ad pedes, vespe eadente, omnes qui libertatem et artes colunt congregarentur. Iamque igitur stipe undique collata fore ut quam citissime instauretur non ambigimus, idque Italorum praeclarum; si gloria maiorum atque artium ingenuarum patrimonio nobis relieto digni non modo nobis ipsis, sed nepotibus quoque videri volumus.

I. ANTONELLI.

VENETA MONUMENTA ABRASA

Lectorum oculis subiicimus monumenta, quae a recenti illa Venetiis ruina, de qua supra dicimus, diruta sunt.

En Marciana turris sublimis inter urbis aedificia, quae sua vetustate fere historiam Venetae reipublicae aequabat. Bonus architectus posuit, cum esset Venetiarum dux Dominicus Morosinius. Inornata plerumque, nil in facie praeferebat quod satis pulchrum videretur; sed altissima erat, atque in fundamentis vallo densissimo munita, ut Vasarius testatur, qui imo Boni arte asserit factum esse ut numquam nutaret, sed firma maneret a saeculis. Opus perfectum est Adriano IV pontifice, anno MCLIV.

Eius ad pedes, contra dueum aedes et Marianam basilicam, an. MDXL, Iacobus Sansovinus peristylum condidit, quod Aemilius Castellar veluti Cellinianum elyptum exultum dixit. Et sane parvum illud aedificium si pra-



Venetiarum urbis prospectus

Campanaria turris S. Marci

Sansovini peristylum

Aedes regiae

Ducum aedes

clarum architecturae opus dicere non poteras, mirabile tamen exstebat ob ornatum magnificientiam, signis aeneis, lapidibus pretiosis ubique profusis. Spectanda prae omnibus ob eorum varietatem et elegantiam toremata, quibus effingendis optimi Sansovini discipuli quoque varcarunt. Artis magistri passim aedificium hoc ab archetypis excessisse indicarunt; an ea causa fuit quod eius visum praeter consuetudinem homines percelleret, idque efficeret ut complexio illa columnis, capitulis, arcubus, signis constans numquam ex animo decideret? Atqui deliciae hae nunc rudia saxa facta sunt!

In laeva turris Marcianae parte, ad mare aedes procuratorum reipublicae, (nostris diebus regias aedes) Sansovinus pariter erexit atque Scamozzi architectus perfecit: in ala, quae ob turris ruinam fracta est, murales picturae conspiciebantur et Iuli Licinii, et Bernardi Strozzi, et Iosephi Salviati, aliorumque illustrum a Veneta schola pictorum: bibliothecae Marcianae alias quae, inibi existentes, multa pariter damna passa sunt, Paulus Veronensis pinxit.

LAELIUS.

GERMINANTUM ET FLORUM DORMITATIONES.

UNICUIQUE, scilicet tum omnibus tum singulis viventibus, necessaria requies, qua restaurantur vires. Omnis enim vita virtus quaedam est, ac pluribus manifestatur motibus iuxta diversa organa, membra, partes, quibus aetio-

illa constat lamus. Requab integrō i delabentibus una tantum sint. Quum mus sit, con recessu, seg stingui eode quamquam i sita. Hinc q et caducum, quo pluribus

At inter vi seilicet somn fallor, apud modo in im elementa ne tus ciente, int vires ad aet viator solet, c ribusque in i ram, instaura aut stupor, su stupuere mem viventibus, ma per habentur: somnus certo agentes, quasi partes compo gregentur; dis gatio vitae a p cietate suapte finis, interitus.

At, quotque viduntur penitibus tota con aut inorganica vita fruantur, a modi saxa, met nae et similia, disposita, ut pa qua crecent, g quapropter hom et metallis com natione cum her sibusque cum her ad elephanta.

Inorganica i ex eineribus e rerum, sive cor gis, minusve, s demortua habet quid vixisse ol habuerunt ut i dra semetipsa propriam, et ma tiale; quam sunt assequuta, sederunt in pa et cedro enormete immani ad exiguum quode anima, nascuntur seunt additione saeculorum seri rieulo, modo int annos, modo int sis, – et quid si serieis, ut aiunt,

illa constat communis, quam nos vitam appellamus. Requiescentibus omnibus aeternum, et ab integro illo per corruptionem, vel alio modo, delabentibus, mors fit; atque hinc sequitur ut una tantum quae sunt omnino mori non possint. Quum autem materia quaevit, etsi athomus sit, confletur aggregatione partium, morte, recessu, segregatione, secessu earum potest extinguiri eodem argumento et iisdem causis, quamquam inversis, quibus cepit esse composita. Hinc quidquid e numero est, labile est et caducum, et eo labile et caducum magis, quo pluribus elementis coagmentatum exsistit.

At inter vitam et mortem aliiquid medium est, scilicet somnus, in quo *vita vitalis*, ut ait, ni fallor, apud Ciceronem Ennius, vigeat quodammodo in imo reposita, retinens partes atque elementa ne dilabantur; potentiae, quae motus carent, interea pausing quasi reparaturae vires ad actionem et motum, quemadmodum viator solet, qui defessis itinere pedibus crudibusque in ipsa via requiem concedit ad horam, instauratur iter ubi membrorum dolor, aut stupor, sublata causa, qua doluere, aut stupore membra, recesserit. In omnibus igitur viventibus, materia compositis, tria haec semper habentur: vita agens et emicans actibus; somnus certo conclusus tempore, quo potentiae agentes, quasi defessae requiescent, dum vita partes compositi continent aliquid secreta, ne segregentur; dissolutio denique, recessus, segregatio vitae a potentias et partibus, quas in societate suapte vi continebat. Haec vero mors, finis, interitus.

At, quotquot exstant corporea bifariam dividuntur penitus, et hisce duobus quasi agminibus tota conficitur universitas rerum; nam, aut inorganica sunt, quae nullo sensu, nulla vita fruantur, aut saltem frui videantur, cuiusmodi saxa, metallaque omnia, tum humus, arenae et similia; aut organica sunt, nempe ita disposita, ut partes habeant interiori actas vi, qua crescant, germinent, moveantur, sentiant; quapropter homo existentia cum marmoribus et metallis communicat, vegetatione et germinatione cum herbis et cum arboribus, motu sensibusque cum animantibus a bacterio et microbio, ad elephanta, et brontosaurus et mastodonta.

Inorganica igitur aeternum quiescentia, sive ex cineribus et pulvisculis organicarum sunt rerum, sive confecta crystallinis polyedris magis, minusve, sive superpositis lamulis, inter demortua habentur, etiam si quis dicat eos aliquid vixisse olim et semel quando id virtutis habuerunt ut in octaedra, in decaedra, in esaedra semetipsa dolarent, iuxta naturam cuique propriam, et materiei, qua conflagabantur, «essentiale»; quam formam, seu figuram semel ubi sunt assequuta, nihil sibi ultra quaerentia, resederunt in pace. Organica contra a baobab et cedro enormibus ad mucorem et pilum, a cete immanni ad diatomeam, ab iguanodonte ad exiguum quodcumque est vivens ac spirans anima, nascuntur ex foecundo semine, adolescent additione partium, virescent seu diurna saeculorum serie, seu brevioris vitae acta curriculo, modo intra saeculum, modo intra paucos annos, modo inter anni spatia, interdum et mensis, — et quid si, ut in papilionibus quibusdam, series, ut aiunt, vix in horas, vix in momenta

deficientibus? — et aeternum obruntur morte, non tamen subita plerumque, sed sensim sine sensu accidente, ac denique indeprecabiliter arripiente et trahente in abyssum immane hiantem, in qua dissolvuntur omnia, et in atomos primigenios rursum conversa, fortassis ad nova conflanta corpora adhibebuntur. At in hisce dum vivunt, etsi eadem, constansque maneat et continens vita, non idem semper ardor est, non vis, non virtus eadem, quae ab exordio

*sercatur ad imum
Qualis ab incoepio processerat, et sibi constat;*


sed modo aerior, modo remissior, modo splendidior, modo quasi nocte quadam ac tenebris obducta; instar fluminis vasti, quod modo precipiti, modo lento agmine fertur, et interdum tale cunctando sit, ut immotus lacus potius, quam decurrens unda videatur. Huiusmodi vitae agentis et irrequiescentis veluti suspensiones, hae vicissitudines tum pausae tum actionis, hominibus, ceteroquin eruditissimis, aliiquid simile visae sunt habere conditionibus et vicibus vitae animantium; animalia enim, quotquot sunt, vivere sine somno non possunt, et omnium inter somnum et vigiliam vita dividitur.

At quid est somnus? Nemo respondere posse speret, nisi prius quid sit vigilia definierit, quam tamen ubi dixerit esse statum animalis, in quo vigil est, animadvertiset se definire idem per idem, quod et vitiosum et insufficiens ad definiendum est, quippe genere proximo, et differentia ultima caret. Ut ergo de somno definimus rem, necesse prius est quid vita sit definire ab intrinseco; quod cum penitus ignoremus, nam in huius principium nec anatomicus culter umquam cucurrit, nec armatus crystallis oculus unquam perspexit, diu fortasse ignorabimus adhuc quid somnus sit, cur inertia sua restaret, cur inter invincibilis necessitates recenseatur, cur subitanea, at non minus atroci, morte ille puniatur, qui quominus dormiat prohibetur, satellitibus circa constitutis, qui per orbem horasque certas, aliis alii succedentes, infelicem rume, flagello, aculeis, ignibus a requie irruente imperiosius arceant, atque ad excubandum in mortem usque eogant.

At quum ea non iure negentur esse, quae impotes altius perspiciendi ignoramus, quia somnus in factis est, hunc minime negabimus; quo autem pacto fiat, qua conditione, qua lege, immo legibus, corporis nonnullas potentias obstringat, alias relinquit liberas, et carentes nequid corpus detrimenti capiat, idque ita fiat ut sensus ipsi, quamvis excitati, perculti, nihil accipient, nihil animae reddant; quo arcana memoria et phantasia, dum cetera sileant requiescentis corporis et animae requiescentis, animae, inquam, non spiritus, ut illa divisio sit, quam tradit Paulus, et de qua Augustinus in libro *de Anima et Spiritu*; quo denique ministerio interdum ipse spiritus intellectu adventet in somnos iudicans et ratiocinatione arguens, haec omnia aliis, non nobis, — hodie saltem — tractanda relinquimus; nobis enim hec est navis ad litus advortere, in quod contendimus.

De plantarum somno itaque agentes hoc primum postulamus adstructum, esse somnum triplicem in plantis, in arboribus, in herbis omnibus: priorem in semine, nam virtus germinans in semine latet, neque ad germinandum procedit, nisi accesserint conditions illae soli, aëris, tempestatis, humiditatis, caloris, quibus tantummodo positis planta latens in germine amplificatur, et, obiicis includentis operculi subvertens, e gremio terrae in apertum prodit, non incipiens tunc esse quod antea non erat, sed se praebens coram et manifestans qualis in semine ipso recondebatur. Atqui modum hunc nuncupo somnum; nam vita exsistebat in semine, a quo veluti exspergefactum germen agere incipit, et erumpit.

Somnus alter habetur in floribus, qui dormitare videntur in ipso exordio et in ipso truncu cunctari, donec planta, arbor, et siquid florescere debeat, congruam accepert soliditatem, et congruum robur, quibus nascituros tueantur. Hinc videmus a nonnullis arboribus post paucos annos erumpere flores, uti in amygdalis, in cerasis, in persicis, in spinis; in nonnullis autem, nisi diuturnos post annos, frustra quaerentur, cuiusmodi experimur in querubus, in pinis, in abietibus, et cedris, quae omnes arbores pluribus



Sansovini peristylum ad pedes Marcianae turris, Venetiis.

elapsis decenniis flores afferre solent agricolis et sylvicolis. Atque haec est quaedam similitudo rediens cum humanis corporibus, certa post annorum spatia pubescentibus.

Somnus denique tertius est dum flores vel peste aliqua aëris ingruente, sive ex frigore nocturno, sive ex properante turbine concludunt foliis calices, ut a tenellis pistillis, corollis, pulviseulis arceant, quo possunt modo, quidquid impedit acerbi. Ubi vero sol effulserit secundus, quasi magno liberati terrore, divitias omnes, quas obduxerant, caelo praebent vi-sendas, quasi pulchritudine sua gloriantes, atque gaudentes.

Arboribus vero, quibus initialis ille somnus in semine, semel tantummodo, fuit, novus dabitur somnus ubi e floribus fructus nutririunt. Tunc dimissis una foliis fructibusque maturis, nudatae, semimortuae, tota stabunt hieme eo altius dormientes quo circa saevius Aquilones et grandines crepitabunt, et effusi imbræ et nives et pluviae crescent, strepebuntque. Radices media in humo depascentes profundissimæ succos et materias opportune parabunt, quibus, veniente vere, novae instaurentur frondes, novi flores, novique fructus aestati et autumno parentur, eruntque interea trunci ramique omnibus exuti honoribus, tamquam cadavera... ut appareat apertius quanto iure dictum, sit somnum esse mortis germanum. Quo pacto ergo sciemus?... Incide venam hominis, qui mortuus videtur: dabit sanguinem; incide corticem semimortuae arboris, et viventem virescentemque adhuc illam reperies. Quid ergo est somnus in plantis? Requies a laboribus germinationis. Et quid illa constantia in arboribus,

14]

FABULAE SELECTAE FONTANII
A IOANNE BAPT. GIRAUD LATINE REDDITAE
PASSIM RETRACTATAE A FRANCISCO XAV. REUSS.

LVII. — AVARUS, AMISSO THESAURO.

Utere possessis, si ris possessor haberi.
Sic ego te monitum, sordide Croese, rolo,
Perpetuo nummis qui nummos addis, et uti
Hise negas, ac si res aliena foret.
Auri vim magnam deserti dives in agro
Abderat (Phrygii servus id ipse refert).
Stultus, diritis centurum servat in aerum;
Haec dum vita fluit, pauper ut Irus eget.
Possidet hunc aurum, non aurum possidet ipse;
Cor sepelit, ubi cara talenta latent.
Hanc animo gazam noctuque diuque revolvens,
Sacras ipse sibi denique reddit opes.
Quo se cumque ferat, ruis risat forte rel' urbem,
Frustula panis edat, temperet ame sitim,
Hunc non deprendas umquam, quin mente voluet
Dulcem, qui celat flava metallæ, locum.
Huc redit toties, ut fur suspergit aurum,
Suspustumque caro nocte levavit agro.
Nidum cum reperit sine pullis noster avarus,
Flet, furiit, exulat, diripit ungue comam.
Quaerit, quae tanti sit planetus causa, viator:
— « Heu mihi! thesaurum surripue meum. »
— « Thesaurum? Sed ubi? » — « Sub rupe hac. » — « Victor
[an urbem,
Nummos ut ferres tam procul, hostis habet?
Nonne domi melius serrata talenta fuissent,
Quam mediis in agris condita subter humum?
Cunctis tum poteras horis haurire. » — « Quid? horis
Haurire cunctis? Non ita despici. »

quae vel tota hyeme servant frondes, uti myrthus, laurus, cypressus, pinus, ilex et abies, vel hyeme saeiente fructus edunt, aut editos portant, nutriunt, et ad finem congrua maturitate deducunt? Vigilantne perpetuo? Debet iterum de hisce loqui mysteriis: quare florum dormitionem postea persequemur.

M. LANI.

DE INFANTIBUS ET PUEBLIS

APUD INDOS AMERICAE (1).

At singularis haec medicina, quamvis aegrotos liberet a pharmacis taediosis et nauseam cipientibus ac stomachum, neque crumenam argento privet, saepenumero in mortem per apoplexim cerebralem inducit. Mortuo puello, magnæ assurgunt elata voce lamentationes, in quas edendas non seignores parentibus, neque minus clamosi ruunt consanguinei, affines, amici, denique tribus omnis certatim.

Ferit aethera clamor!

Planetus, ululatus, lamentationes sine more modoque undique assurgunt, quasi solatii cuiuslibet nescii, quasi placari non possint, quasi aeternum duratur! Quid ultra? Tendent crines, vulnerant semetipsos altius in ore, in brachiis, digitorum articulos aliquot vel amputant suorum, ne memoria doloris donec vixerint pereat, ne minor sit in animo quam in corpore dolor.

At postquam se luctu, laerimis, ululatibusque expleverint, vultum infantuli minio quadam

(1) Cfr. num. sup.

Gazam ne tererem, parcebam tangere. » — « Parcas,
Tangere cum nolles, fletibus hisce tuis.
Auri pro cumulo saxum quodcumque reponet,
Aequa tibi saxum commoda, stulte, feret. »

LVIII. — OCULUS HERILIS.

Cervus, cum fugeret, subiit campestre bovile:
— « Quaere - boves mussant - tutius hospitium ». — « Ne me - cervus ait - cornuti prodite fratres:
Ostendam, quae ros pascua laeta invenit.
Forsan et hoc robis benefactum proderit olim;
Huius nostra memor gens pietatis erit »
Assensore boves et amica silentia spondent,
Quidquid sors anceps norisque propinquia ferat.
Angulus abscondit profugum, qui ducere coepit
Auras liberius spemque fore bonam.
Interea, cum resper adest, de more iuvencis
Debitus affertur potus et herba recens.
Plus decies stabulum subeunt obeunteque bubulci,
Ac semel ipse venit bisque minister heri.
Nullus at ora videt ramosaque cornua cerri,
Laeto qui grates pectore bobus agit:
— « Cras - ait - ut fuerint homines ad aratra reversi,
Erumpam: felix auguror effugium. »
Cui bos: - « Haud male res successit adhuc: manet unus,
Qui nos inspiciat, nomine Centoculus.
Huius, amice, time penetrantia lumina; nec te,
Ni fallas vigilem, sospitis instar habe. »
Dum loquitur, subit en dominus lustratque bovile;
Lustrat, et: - « O! - queritur - graminis hic nihil est,
Ac retus est stramen. Vos ad fenilia, serui,
Currite; sit melior postea cura boum.
Quid? iuga non sunt haec apte, nec lora reposta?
Hos mihi quis tandem tollit araneos? »
Sic alacres oculos hoc dum convertit et illuc,
Ora repente videt non sibi visa prius.

inungunt vivacissimo, perizoma ex gossipio eodem rubro colore inficitur, pluma aquilæ, potius penna, capiti additur, ut e capillis excelsior emergat; tum in stragulo multiculori componunt, eumque eo quidquid ludieri, quidquid carius et iucundius haberet. Deedente die, et sole occidente penitus, deponitur in prata fovea, herbis, floribus consita, et monentibus omnibus ut hilaris et festivus beat in

prata camposque venationis aeternæ

humo obruitur supra.

Qui vero infantuli vivunt, proceduntque in menses, ubi eo creverint ut

pede certo signent humum

munnusculis donantur ut ludant, ut reerentur, nempe arcubus et sagittis, vires pueriles non excedentibus, quies utantur in aviculas terrenas, aut forte feriendas, itemque in sciurum, vel mustelam petendos. Puellulae autem iam ab inde discunt parere maseulis, quos dorso equitantes accipiunt, vel quorum sareinas per agros et prata circumferunt. Vestes tum aetivæ, tum hiemales semper eadem sunt, quippe ad subeulam unicam reducuntur coloribus eoruscam, neque haec abiicitur nisi obsoleta nimis et usu lacera.

At si festus aliquis fuerit insigni solemnitate dies, tunc vestimentum datur, cui nomen *full-dress*, quod pellibus animantium confectum est, animantium autem neque certorum, neque designatorum ritu aliquo et more: sed ea praebent animalia pelles, quae paterno vel amico telo transfixa perierunt. Itaque alter kanguri, alter lynceis, alter vulpium, alter antilopis, aut aleis,

Detectur cervus; rapit et venabula quisque,
Quisque ferit miseri tempora, erura, latus.
Nec fletu potuit devictus flectere mortem.
Caeditur, et multo spargitur ille sale;
Inque dies festos domui iucunda parabit
Prandia, vicinis percacia ruricolis.
Nil oculos fallit (sic pulcre Phaedrus) heriles;
Nil oculos, addo, fallit amicitiae.

LIX. — OLLA TESTACEA ET OLLA AENEA.

Ollam compellans luteam, sic aenea dixit
Olla: - « Comesne mihi, dum peregrinor, eris? »
Testa sequi formidat: - « Agam sapientius - inquit -
Si mea me teneat tuta culina domi.
Tantulus attritus, ris quae mihi tantula fiat,
Mors est, qua frangor totaque dissilio.
Te peragrare quidem vastum nihil impedit orbem,
Cui lorica potens omnia membra tegit. »
— « Sollicitos depone metus - respondet ahena - ;
Curabo, quidquam ne patiare mali.
Exutum si materies tibi dura minetur,
Obiiciam pectus, ne violere, meum. »
Promissis inducta comes non abnuit ire;
Altera mox lateri iungitur alterius.
Sic pede tergemino graditur, nec tramite recto,
Par titubans, musto quod maduisse putet.
Obiice sub minimo, quatit haec, quatit illa sodalem;
Mollior atque soror vulnera dira refert.
Fecerat haec passus via centum, fracta minutum
Cum iacevit; nihil et, quod quereretur, erat.
Ollae si cupias luteae vitare ruinam,
Cum paribus tantum foedera, lector, ini.

(Ad proximum numerum).

aut cervi libus, similibus detinor, tamen cooperati, si lepus, si taverint vel rubrae, cæcorum. Corone nempe catenulae stamno lini ex metallo et in pectus mas margaritæ colores, multa aquilæ penes pilis inseruntur.

Hic imbutus adminiculis et pueri passim venatores op.

At iam Eu invadit, qui tentim conciatio anglicum serum aëre ut cupiditatibus buantur.

I **Q**uum eo sit
Quin etiam tentia, quibus aestuantur, et blandientib[us] arriperet, vel a maturingare iter monet, reliquias, de balneis prope aquas atere, sive trahere plumbum.

Cui tractat et manum, dum nulla narrare, tantum et nonnullis tibus fore spe.

Vetus Igiae medie magister recto usu, in tamen in abusu, in e prema. Vita et rimuntur discessu sobrietate: sent; et Apostolus propter stomacum praeter fines v fueris praetergressus, temulentus parabis interitus male qui penitus ineconsultum settianum illud e

In vitium d[icitur] poris, vel eadem

ex gossipio
uma aquilae,
e capillis ex-
o multiclori
Iudicii, quid-
t. Decedente
ponitur in pa-
a, et monen-
vus abeat in
ternae

ceduntque in
m
ut recreentur,
pueriles non
riculas terren-
in scirum,
e autem iam
s, quos dorso
sarcinas per
estes tum aesti-
a sunt, quippe
r coloribus co-
obsoleta nimis

ni solemnitate
i nomen *full-*
confectum est,
m, neque desi-
d ea praebent
el amico telo
kanguri, alter
opis, aut aleis,

uisque,
latus.
em.
le;
abit
) heriles;

LA AENEA.
dixit
rinor, eris? »
entius - inquit -
ula fiat,
lio.
pedit orbem,
egit».
ahena - ;
r,
»
ire;
nate recto,
putes.
t illa sodalem;
fert.
ta minutum
ur, erat.
r, ini.

aut cervi pelle vestitur; sunt qui pluribus pel-
libus, simul consutis, vestiantur, si animalia,
quibus detracta fuerint, non aequa fuerint cor-
pori cooperiendo; puta si sciurus, si cuniculus,
si lepus, si mustela, quisque suam, suppedita-
taverint venanti. Adduntur hie illie plumae
rubrae, caeruleae, virides, albae, spolia psitta-
corum. Coronat haec omnia denique *mokassins*,
nempe catella quaedam constans lamina ferrea
stamno linita, tum taeniis, tum tintinnabulis
ex metallo eodem producta, circaque collum
et in pectus demissa; huic vitrei globuli gem-
mas margaritasque imitantes adduntur, versi-
colores, multicolores. Complet ornatum omnem
aquilae penna, quae in tutulum compositis ca-
pillis inseritur, et eminet.

Hisee imbuuntur moribus, hisee instruuntur
adminiculis apud Americanos Indicos infantes
et pueri passim, donec firmior aetas accipiet
venatores optimos et bellatores.

At iam Europaens cultus Indos quamplures
invadit, qui a moribus suis ad nostros pede-
tentim concidunt, et pueros dant scholis suos
anglicum sermonem ut discant, puro campo-
rum aere ut careant, vitiis nostris, desideriisque,
cupiditatibus immodicis mendosisque ut im-
buantur.

P. ALEXIS.



DE BALNEIS.

QUUM eo simus in tempore, iisque in locis,
quin etiam et in communi hominum sententia,
quibus praestat campos linquere sole
aestuentes, et vel montana nemoribus umbrosa
et blandientibus ventilantibusque auris incunda
arripere, vel ad fluenta, vel ad marinas undas
maturare iter, et moram facere; opportunitas
monet, reliquis praetermissis quae sunt ad mon-
tes, de balneis dicere; non enim quis poterit,
prope aquas allientes moratus, ab iis absti-
nere, sive trahat voluptas, sive rapiat exem-
plum.

Cui tractationi dum admovemus una mentem
et manum, duplex intendimus, scilicet et non-
nulla narrare, quae ad rem memoria suppeditat,
et nonnulla subiicere, quae salubria legen-
tibus fore speramus.

Vetus Igiae documentum in aphorismo illo
medici magisterii continetur, quod docet in
recto usu, in temperantia et moderatione salus;
in abusu, in excessu calamitas, interdum supra-
rema. Vita et mors, vel in balneis, exiguo di-
rimuntur discriminare. « Aequa vita vinum in
sobrietate »; sacrae Hebraeorum litterae mon-
tent; et Apostolus iterum: « Uttere modice vino
propter stomachum ». Quid ergo si sobrietatis
praeter fines veharis? Quid si modicum illud
fueris praetergressus? Vitium erit; atque ebrio-
sus, temulentus, tremebundus ante diem tibi
parabis interitum. De balneis eadem tenenda;
male qui penitus abstinet; male qui balneis
inconsultum se penitus credit; nam reddit Horati-
anum illud etiam balneis aptandum:

In vitium dicit culpa fuga, si caret arte.

At quaenam « culpa »? Neglecta mundities cor-
poris, vel eadem nimium cachinnis omnibus

quaesita, quibus pariter Venusino versu non
insece, nec inepte carpuntur

Pastillos Rufinus olens, Gorgonius hircum.

Verum in humanis rebus haec semper con-
ditio: nam ad ea, quae suscipimus utilitate per-
specta, delectatione trahimur habitu constituto;
hoc inito semel, voluptate mulcente et suadente,
sine more modoque prosequimur, etsi noceant;
nocentibus autem necamur, aut ita saltem af-
fligimur, ut reliquum tempus vitae doloribus et
infirmitatibus conteratur.

Adeundae aquae, intrandae, corporibus no-
stris idoneae, opportunae, (necessariae imo sunt
interdum), duabus de causis potissimum. Altera
est, qua sordes a corpore amoveamus, quae,
sudoribus, pulvere frequentioribus, congeruntur.
Idque non solum est optimum ad salutem la-
vacrum, sed est veluti debitum et officium uni-
cuique gravissimum ex reverentia et obsequio
erga reliquos, quibuscum versamur. Quid enim
turpius, quid nocentius, quid intolerabilius fo-
tore sordium sempiternarum? Abominabilis ac
fugiendus mihi semper erit, qui graveolens ad
me venerit colloquuturus; quid si in nares in-
ciderit delicatas, uti ex viris nonnulli, plurimi
ex pueris, feminae fere omnes? Ergo, si res
intra lavaerum sit, brevis quidem, etsi quoti-
diana, habebitur, et quidem saluberrima iudi-
cabitur. Verum inde facilis erit quoque perni-
cies, et ingruens paene ruina, si voluptati in-
serviatur, quae ex frigidioribus aquis est, sole
aestivo agros urente, nec iam satis sit quantum
lavaero sufficiat, sed quantum omnino expletat
voluptatem. Tunc enim humores, qui circa pel-
lem sunt, frigore premente, repelluntur in in-
tima, et nobiliora viscera invadunt, ibique, seu
segnes manent, seu acreidine propria corrodant,
pessimarum origo fiunt infirmitatum, quibus nul-
lum par sit remedium, et impo habeatur me-
dicus, seque talem fateatur ad eruendas et
sanandas, etsi causam aegritudinis altius per-
spiciens intueatur.

Altera causa adeundarum nobis aquarum pe-
nitus in necessitate sita est; at medicorum haec
regenda ac temperanda praescriptis, nec vo-
luptatis causa longius praecerto procedendum,
quin etiam nec deviandum, ubi aegrotus ipse
eas non experiatur sibi adversantes, et in de-
terioris trahentes iam inde labefactatam salutem.
Longum est enumerare singulas aquarum spe-
cies iuxta remedia, quae morbis singulis sin-
gulae praebent. Sunt sulphure imbutae, prouti
Albulae apud Tibur celeberrimae, et antiqui-
tus appellatae « sanctissimae »; hae igitur in-
firmitates ferme omnes, quot ceterum afficiunt,
felicissime curant. Eiquid igitur inter hasce et
affectiones phthisi, plogosi interiore, podagra, febri-
bus tertianis, et illo, morborum omnium morbo
pessimo, qui dicitur senectus, et senium? Conve-
niunt gentes, praeter eos, quos iuvat, convenient,
inquam, ad Aquas sanctissimas et saluberri-
mas voluptate suadente, suadente amicorum con-
sortio, sine quibus esse non possunt; convenient
in mortem. Dicenti credite, qui tres amicos sibi
carissimos, viros dignitate, scientia, auctoritate
venerabiles, inopina morte illie amisit. Sunt
aquea thermale; *Labanas* olim vocabant, uti
sulphureas Tiburtinas, ex veteri Hetruseorum
vocabulo *laban*, *liban*, scilicet albicantes, unde

Albana moenia, quae Iulius erexit. Huc et con-
veniant, et ad nauream usque morentur, qui ar-
trite, qui rheumatismo, ceterisque humoribus
per ossa nervosque et membra diffusis torquentur.
Sudoribus profusis malignum pariter hu-
morem emittent; at quid hasce inter aquas et
languentes, debiles, exhaustos? Convenient in
mortem. Ergo pro iis, qui salutis causa ad pe-
stes corporis deponendas adeunt aquas salubres,
maxime cavendum iudicandumque antea est
quid proposit, quid obsit; et iudicium hoc pro-
sus in medico sit, non in sententia et libitu
adeuntis; denique quotquot exercent se balneis
ita se temperent, ut in rebus sit modus, ne
quod usu profuisset, noceat et vel occidat abusu.

Sed undenam diebus nostris tam frequens
utriusque maris litus? Quia ambitionibus, mu-
liebris praesertim, lubet illie immorari, excellere;
si enim totidem infirmi essent, quot illuc
abeunt ad balnea, orbis terrarum universus
nosocomium ingens unice iudicandus esset. Non
nego rigentes undas maris, tot salubribus ad-
minieulis conditas a sale ad iodum, esse incun-
dissimas, esse removendis nonnullis infirmi-
tatibus optimas: verumtamen in eas via sternit
non necessitate curationum, sed flamine
ambitionum.

Ita porro ad vetera illa redimus, quae hi-
storiae nobis et rudera testantur, scilicet ad
usum balnearum, quae ab ipsa humanarum re-
rum origine fuisse credimus; numquam enim
homo se ab aquis abstinuit ad lavaerum, ne-
cessitate cogente imperiosius. Veteres poetae,
uti Homerus, de suis heroibus ista ferunt; quin
et de Nausica: in sacris litteris apud priva-
tos balnea fuisse scimus, sive Bersabeae histori-
am narretur, sive de Susanna, sive de filia
Pharonis Nilum adeunte, qua Moyses. infans
servatus est. Habemus ergo in Aegypto, in Pa-
lestina, in Perside quod superest. Nec mirum;
nam ad maris et ad fluminum et fontium undas
Orientalium regionum aestus invitat.

Fuisse et idem videtur mos etiam ultra;
quippe Deae, uti Iuno, marinis utebantur undis
ad vires recuperandas et iuuentutem. Eu-
ripidem balneis curavere Aegyptii vita periclitantem.
De Romanis autem supervacaneum credo
aliquid addere; habemus enim tot publicas
thermas, quae nomine tantum paginam integram complebent, nempe Aemili Pauli balnea,
thermas Antoninianas, Flavias, Diocletianaeas,
Neronianas, Agrippinas, Constantinianas, alias-
que sexcentas ruderibus enormibus rem testan-
tes; habemus autem in reliquiis villarum sum-
ptuosissimarum pariter privata balnea totam
per Italianam ferme visenda; ne quid dicam de
iis, quae Pompeii, quae passim alibi reliquiis
adhuc exstant ubique, in Hispania, in Galliis,
in Africa Romana; ita ut iure dici possit
facilius tunc existisse sine habitatore urbem,
sine domino domum, quam aut urbem aut domum
sine balneis, sine thermis. At supervenientibus
barbaris et omnia vastantibus, et ci-
vibus dissipatis, et inopia publica premente,
publicae thermae neglectae perierunt, balneo-
rum correptus est usus, potissimum quia in
illis magna morum erant naufragia, ita ut
Hieronymus virginibus omnino interdicaret (1).

(1) *Epist.*, lib. II, XVII ad Laetam.

Nunc revirescit usus; et utinam sapiens sit, ac decens, utinam salutaris!

H. DE VECCHI PIERALICE.

EX AMERICIS

De Americana legatione Romam missa.

UBI primum fama, quasi arida ex rupe, manavit, legatos Americanos a Roosevelt praeside Romam missos esse, qui apud Summum Pontificem de Philippinis religiosorum sodalium possessionibus agerent, omnis Americanorum ci-vium ordo rei novitate commotus est. Quinimo famae minime credebatur et ferebatur, fore, ut res in atrum pisem desineret. Quum itaque res nihilominus evenisset, quumque viri clarissimi Taft, qui Philippinis praest, et Iacobus Smith, index, et Ioannis Porter, atque O'Gorman, episcopus catholicius, legationi essent addicti, nescio qui timor multis iisque acatholicis americanis invasit. Timebant, ne praeses, legatis missis, Pontificem ut regem coleret; timebant, ne Roma ad foederatae Reipublicae gubernaculum propius accederet valeretque deinde plurimum: timebant alii alia, quae minarentur, pericula. Multi, re perpensa, hoc modo argumentabantur: « Id foederatam Rempubli-cam prorsus dedecere, quod Taft supremus insularum Philippinarum gubernator Romam ablegatus esset: magnam in eo viro esse auctoritatem, utpote qui in agris orientalibus praesidis vicem gereret eoque eamdem ei esse potentiam ac Curzonio gubernatori, qui regis angliei vicem gerens Indiae praesesset. Atqui Curzonum gubernatorem, si quae de rebus mahometicis contentio oriretur, non Constantinopolim prefecturum, sed Constantinopoli legatos ad ipsum esse venturos. Oportuisse igitur, ut Roma Manilam, non Manila Romanum venirent legati ». — Haec acatholicorum sententia eisque sane consentanea, quum eis persuasum sit, nullum religionum esse disserimen.

Catholici contra de legatione illa multum gloriabantur Praesidem sapienti consilio esse ducatum, ut legatos mitteret et auctoritatem Ecclesiae Catholicae et ius rite agnoscere. Deridebant eos, qui haec de causa pericula numquam subeunda mirum quantum effingere studebant. Quibus verbis ultro citroque habitis, Root, rei bellicae minister asseveravit, legatos non rei civilis, sed negotii causa Romanum missos esse.

Quidquid fuit et quidquid legatio effecit, id constat cives catholici, qui foederatam Rempublicam incolunt, et auctoritate et numero adeo crevisse, ut hisce diebus, quam antea, plus tandem valeant. Quod quidem haud parvi momenti est habendum. Valete.

Chicagine.

H. DOSWALD.

Magna pars hominum quae navigatura est de tempestate non cogitat.

SENEC. *De tranquilan.*

ANNALES

Italorum regis iter Petropolim. — Angli regis sanatio. — Americanae seditiones. — Sinensis negotia. — Principum nuptiae. — Americana legatio apud Summum Pontificem.

Italiae rex Petropolim tenuit Russorum Caesarem salutatibus. Iter hoc optime auspicatum landant, quippe quod certius certo probet omnium populorum conatus in unam eamdemque tendere metam, ut pax Europae quam longissime vigeat integra, imperturbata, fausta, felix.

*

Eduardus rex Anglorum cito convalescens, iam ex omni discrimine evasit tute incolumis; quare dies V a. Idus Aug. indictus est ad habendum coronationis ritum. Qui tamen haud ita solemnis erit ut iam paraverant; rex enim ipse cupit ut quam brevi res compleatur.

*

Venezuelanis ex litoribus innotuit Castro praesidem una cum tribus legionibus suis ab hostibus fuisse superatum atque in fugam conuersum. Quapropter, ut Cincinnati navis americanae praefectus ad suos reseripsit, praevident plures fore ut, belli fortuna perduellum copiis arridente, summa rerum ipsi potiantur. Credunt enim Castro aufugisse quoque omnino e patria atque reliquise rempublicam. Haiti contra in insula res, etsi parum tranquillae, haud ita tamen perturbatae, ut aliena intercessione et armis pro negotiis tutandis opus sit.

*

Qui Pechini morantur nostrarum gentium legati in idem consenserunt, ut proximo mense, Tien-tsin urbs Sinensis restituatur. Quaestio autem superest de pecunia ob detrimenta accepta operum susceptoribus sive Gallis sive Germanis a magistratibus Sinensium imperii solvenda. Americani enim ut incolis faverent contraria opinionem protulerunt, idemque videtur consilium Anglis quoque esse acceptum.

*

Czernagorae in urbe capite auspicatissimae nuptiae celebrae sunt Mirki principis cum Maria Costantinovic, cui et Italorum rex et Turcarum Imperator ditissima dona miserunt; quin etiam hie traditur regales principes ut Bysantium iter facerent, invitasse. Laetitiae gentis montanae atque fortissimae ex animo plaudimus.

*

Pauca denique circa legationem a civitatibus nordicae Americae ad Summum Pontificem Romanum missam de Philippinarum insularum negotiis. Apud nos enim, sicut et apud plures Americanorum acatholicos cives, de quibus H. Doswald nostri epistola superius relata loquitur, invisa legatio in irritum cessisse dicta est, ita ut Taft, legationis princeps, ex urbe improviso ac fastidiose discesserit. Contra exacta scientia affirmare possumus duas partes inter se communis explectione convenisse, neque Taft Romanum deseruisse prius quam a Pontifice comiter exceptus esset eiusque lit-

eras, honorificas quidem et amplas, de sua opera obtinuisse. Ceterum res omnia explabunt.

POPPLICOLA.

PUBLICI PER ORBEM COETUS

LEGIBUS FERENDIS

In Anglia Salisbury a gubernio recedenti Balfour suffectus est. Cramborne vicecomes, ad rem interrogatus, integrum manere Anglorum Italorumque amicitiam asseruit, etsi Gallos inter atque Italos nova pariter amicitiae pignora intercesserint.

In Gallia Aynard, orator populi, administrorum praesidem obiurgavit ob rigidissima iussa quibus sodales religiosi coacti sunt, ut legibus contra eos modo latissim inservirent. Ortus inde maximus tumultus atque legatus ipse tandem censura notatus: post haec clausa sessio usque ad autumni tempus.

SCRIBA.

AENIGMATA

Ver redit et *finis*, quo non iueundior alter,
Floribus omnigenis condecoratus olet,
Qui me sollicitae passum fastidia vitae
Pallentique levat languida membra lue.
Hic zephyri spirant lenes, hic turba voluerum
Concinit, hic rivus desilientis aquae.
Funera dumque hominum eades pennata per

[orbem]
Fama volans *primo* pandere utrique solet;
Dum metus et vigiles angunt praecordia curae
Laudis et imperii caeca cupido simul;
Iurgia dumque lares turbant, saera polluit aurum
Ipsaque divinae fama dicata Themis;
Hie secura quies, hic quae Deus otia fecit,
Hie dolor et pariter tristia quaeque silent.
Hunc *finem* empturo non respondebo *secundum*;
Quidquid enim solvet vilius usque foret.
Ingemuit ramis redivivo sanguine manans
Totum: quis fuerit, lector acute, doce.

MICHAEL FUSCO.

Ex sociis, qui huius aenigmatis interpretationem ad commentarii moderatorem misserit intra duos menses, unus, sortitus gratis accipiet PETRI ANGELINI opus, cui titulus:

LOLLIUS

SIVE

DE PROVECTA LATINITATE.

Aenigmata an. V. n. XI proposita his respondent:

1) Lacon, Laocon - 2) Tempus.

Ea rite soluta miserunt:

Frid. Gilellius, *Altio Intemelio*. — Mart. Iann, *Cervenca*. — Guil. Schenz, *Hatisbona*. — Car. Stegmüller, *Sabaria*. — L. Walter, *Neo Eboraco*. — Th. Vignas Sch. Piar, *Roma*. — C. Tranchese S. L. *Neapoli*. — Ad. Huza, *Gryborio*. — Am. Robert, *Marieville*. — Coll. Schol. Piar, *Stellae*. — Lud. de Rubeis, *Iuvio*. — Ad. Skrzypkowski, *Steinice*. — Rich. Matotta, *Brozovia*. — H. A. Strong, *Liverpolia*. — E. Burg, *Argentorato*. — Princ. Gordon, *Maneunio*. — Iul. Sernatinger, *Dresda*. — Ioan. Cantono Ceva marchio, *Vercellis*. — P. G. Z., *Modoetia*. — C. Perazzi, *Mangalore in Indis*. — Fr. Sallarés Sch. Piar, *Sabadello*.

Sortitus est praemium

L. WALTER.

ad quem missum est PETRI ANGELINI opus; cui titulus:

DE POETIS ET NUMERIS LATINIS.

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE — Ex officina Pacis Phil. Cuggiani.

amplas, de sua
res omnia expla-
POPPLICOLA.

EM COETUS
NDIS

o recedenti Balfour
omes, ad rem inter-
m Italorumque ami-
ataque Italos nova
sserint.
puli, administrorum
ma iussa quibus so-
bus contra eos modo
mus tumultus atque
us: post haec clausa

SCRIBA.

TA

uendior alter,
oratus olet,
tidia vitae
membra lie.
e turba voluerum
ntis aquae.
edes pennata per
[orbem
ere utrique solet;
praecordia curae
upido simul;
aca polluit aurum
ta Themis:
Deus otia fecit,
quaque silent.
ondebo secundum;
us usque foret.
guine manans
acute, doce.

MICHAËL FUSCO.

gmatis interpre-
moderatorem mi-
sortitus gratis
I opus, cui ti-

NITATE.

a his respondent:
Tempus.

Mart. Ianu, Cervenka.
egmüller, Sabaria. —
Sch. Piar, Roma. —
za, Grybocio. — Am.
ar. Stellae. — Lud. de
Scinice. — Rich. Ma-
potia. — E. Burg, Ar-
o. — Inl. Sernatinger,
Vercellis. — P. G. Z.,
Indis. — Fr. Sallarés

NI opus; cui titulus:
LATINIS.

IPI, iurisperitus.
il. Cuggiani.

CONSTANTINI PISONI

CANDELARUM AD SACRA OPIFICIUM EXCELLENS, PRAEMIIS INSIGNE


ab anno MDCCCHI constitutum

Romae in Italia, Corso Vittorio Emanuele 127-129 et Via de' Sediari 1, 2, 3.

Vaticanam Basilici-
cam instruit, quoties
de Beatificatione aut
Canonizatione so-
lemne sit.

Clientes frequen-
tissimi sunt in Urbe,
in Italia et apud ex-
teras gentes.

Fama
undique manavit.



Cereas faculas ad
noctem conficit, eas-
que ad decem usque
ac duodecim horas
diurnas, Ecclesiis
ac familiis necessa-
rias, quod parsimoni-
am cum salu-
britate et munditie
coniungant.

Vitreas
faculis suppeditat.

OPIFICII PISONI PROSPECTUS

ROMAE, Via Orti Alibert 13-15 (Lungara).

Res per omnem orbem exportatur nullo iubentium impendio

PER ORBEM

MIRABITUR nemo pessima Iulii mensis infor-
tunia ignitos fastos esse. Belgicum incen-
dium, quod Lodii urbis partem maximam vor-
avit, ante omnia recensendum. Ex lignario
acervo initium discriminis; inde ad opificium
vehibus ex sese actis exstruendis communica-
tum; inde ad pistrinum, ad aulam choreis agen-
dis, ad alias domus aedesque. Immani calamiti-
tati parum obfuere praestita a vigilibus mu-
nera: detrimenta enim vicies centenis millibus
libellarum gravia esse computant.

Matriti, Carabanchel ad martium campum,
ignitae pulveris fabrica se explicuit. Statio, cum
incensa est pulvis, nulla aderat, sed ex proximo
manipulo qui circumvigilabant milites
pessime ruinis vulnerati sunt. Domus ex op-
pido proximo plures corruerunt; strepitus per
suburbanum omne horride insonuit Matritum
usque, ubi fracta aedium vitra passim. In agris
grex balantium interit, currus etiam mu-
lusque, quo agebatur, missilium modo impulsu
in aërem.

Sed Vulcani rabies ex imis numinis sedibus
in terram repercessa est.

In Austria enim ex Helveticis finibus ter-
raemotus oppida quatefacit, laceratque do-
mu muros.

In Russia ex Caspii maris litoribus Baku
ad urbem petroli putre exardent omnia cir-
cum vastantes. Interim terraemotus in Thessa-
lia iterantur: cives ad arva fugiunt ibique
castra veluti tentoriis ponunt. Oppida enim
Seres circum male concessa sunt; Kefalowa
in urbe domus quinquaginta supra centum di-
ructae: que supererant aedes, opifica, caupo-
nae oeclusae; urbs deserta, relicta.

Quae si haud satis vobis videantur, ecce
canicula alios sibi vindicans honores. Medio-
lani fistulæ ad calorem metiendum trigesim
et septimum gradum et ultra attingunt.
Opprimens aëris immota vis, torridumque cae-
lum atque inmutatum: nonnullos cives vires
deficiunt: sole nimio perculti per urbis vias
cadunt. Lutetiae eadem recensentur, pariter-
que Londini; dumque pluviam expectamus
Augustae Taurinorum nimbus supervenit...
formicarum!

Iamvero querenda in somno quies. Sed
latent heic quoque mortis insidiae. Doceant
Afri Uganda reipublicae cives; doceat Apolo
Kagwa eorum legatus ad Eduardi regis so-
lemnem coronationem, vir ille mente lectis-
sima, qui primus inter suos domum ex late-
ribus habuit, electricisque tintinabulis munivit.
Pacem nunciat per illa regna regnare,
at heu! nimiam. Sonno enim demersi cives
passim ab hac similitudine mortis ad ipsa Ache-
ronentea flumina transeunt inscientes. Quaedam
nova ac inaudita lues est, qua iam quadraginta
usque millia incolarum absumpta sunt. Medici
qui iter ea loca versus arripiunt, ut studerent
morbo, medelamne aptam inveniant?

At infortuniis tandem valedicamus ut de
ingentibus sermo sit epulis Romae atque Londini
celebratis. In Urbe, catholicorum sodalicis eu-
rantibus, ad Vaticanum mensae pauperibus mille
ac quingentis patuere. Post prandium ipse
Pontifex aula sua nobili circumdatus ex insi-
gni peristylo in latissimo illo atrio erecto, quod
« a pulchro visu » nuncuparunt, ipsis et ovanti
Romano populo benedixit. Londini, ut divitiae

sunt Anglice longe maxima, longeque maxi-
mus civium numerus, quingenta milia egeno-
rum, ni fallor, ad epulas vocati sunt ut Eduard-
um regem celebrarent. Sed tamen ob eius
gravem morbum grati animi testimonium cum
ipsi praebere nequivissent, id ego honeste pro-
pono Anglorum plausu securus, breviconvivium
renovandum, cui rex intersit optime sanatus.

VIATOR.

VARIA

Avium volatus.

Aeronautae nostris diebus paeclaris multa
dederunt circa altitudinem, quam volueres pos-
sint alis attingere. Hergosell Strasburgensis
testatur se reperisse volantem aquilam, circa
tria metrorum millia a solo aequantem; idem cie-
nias duas, - non enim solitariae abeunt -, metra
circa nongenta aëris superni tenentes. Neque
defuerunt illi dies, quibus hirundines praeter mille
metra circiter visae, corvi intra mille et qua-
dringentam metra pennis ascendere visi sunt. Haec
autem non obiter sed singulari, atque, ut ita
dicam, gravi de causa accidisse scimus; quippe
quia mille metra a solo rara volueris habet;
quadrangentis minus et infra ferme iter com-
mune. Societas Germanica, cui ab « ornitholo-
gia » nomen est, et peculiare sibi constituit
minus circa omnia, quae sunt propter aves,
aërovagis usa, columbos demisit a metris mille
et quingentis ad tria millia metrorum. Acer-
rimi tamen, quasi tantam horrerent altitudinem
et subter hians profundum inmane, simul ac
dimissi, quasi plumbum ruere visi, remigio ala-
rum solumente ad lapsum temperandum uten-
tes, credo ne suffocarentur. Ubì ad metra mille,
vel minus pervenirent commovere alas, et per
obliqua ferri ceperunt. Numquid, quia levis
nimis et inanis, aëris corporibus erat impar fe-
rendis?...

P. d. V.

Ciapponi Franciscus et Soc.

OFFICINA
ANAGLYPTIS, GEMMIS CONCHISQUE CAELANDIS
PRAESERTIM IN REDDENDIS FIGURIS
PHOTOGRAPHICE EXPRESSIS
TEMPERANTIA IN PRETIO — DILIGENTIA IN OPERE
ROMAE — VIA SISTINA, 129 — ROMAE

 LIBER (vulgo "ALBUM")

praecipua Urbis referens, pulchritudine insignis atque, commentarii *Vox Urbis* moderatore iubente, expresse conflatus, apud eumdem commentarii administratorem, ROMAE, VIA ALESSANDRINA, 87, ven. lib. 1.50.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

ROMAE — Via Alessandrina, 87

**PROSPECTUS NOVAE SUBNOTATIONIS
A KAL. IULII USQUE AD EXPLETUM ANNUM MCMII.**

(*Vid. in secunda operculi pagina.*)

FIGURAE URBIS ROMAE

ARTE PHOTOGRAPHICA EXPRESSAE
COLLECTIONES VARIAE ET NUMERO ET PRETIO
Veneunt apud comm. VOX URBIS Administratorem.

Sociis qui in Nordica America versantur vehementer commendamus quod a Sodalibus Carmelitis novissime institutum est ac regitur

COLLEGIUM SANCTI CYRILLI

ad liberalem eamdemque Christianam et nostrae aetati aptam institutionem iuvenibus comparandam.

Prospectus studiorum et regularium, quae collegium moderantur, petatur ab ipsius Collegii Preside, 6413 Star Avenue (Woodlawn) — Chicago, Illinois.

URBIS E IANICULO MONTE PROSPECTUS

(m. 1.10 × 0.24)

qui sociis commentarii VOX URBIS dono datus est,

venit singillatim L. 2.50

apud comm. VOX URBIS Administratorem.

SI QUI PLURA REQUISIVERIT HUIUS PROSPECTUS EXEMPLARIA
EA MINORI ACCIPIET PRETIO.

LE LAUDI LATINE IL CANTICO DEL SOLE

E

S. FRANCESCO D'ASSISI

S. Maria degli Angeli, presso Assisi, tip. della Porziuncula, 1897

Hoc libello praeter venustam praefatiunculam a Paulo Sabatier, viro rei longe peritissimo, conscriptam, continentur *laudes latinae* cum interpretatione italica, *Canticum Solis*, necnon illa *Speculi perfectionis* capita, quae *Cantici* originem exponunt, aliaque permulta. Libellum, quem proxime alii subsequentur ad parvam *Bibliothecam Franciscanam* comparandam, Iulius Salvadori, litteris tradendis doctor egregius, maxima edidit cura. Romae apud commentarii *Vox Urbis* Administratorem venit L. 0.50, in pauperum levamen.

PHILIPPUS VITI Eques

MARMORARIUS

ROMAE - Via Alessandrina N. 51, 52 - ROMAE

Affabre sculpit quae sunt ad simulacra, altaria, sacella, aediculas, uti patet ex operibus erectis aut refectis in Basilica Lateranensi, Liberiana, Laurentiana extra muros, Transtiberina, Eudoxiana, etc.